UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ariditas multiplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Auguſ. tur. Et Pater Auguſtinus ait. Quan-
to in loco ſuperiori, tanto in maio-
ri periculo. De hoc etiam appetitu
Bern. D. Bernardus inquit. O ambitio
ambientium crux, quomodo omnes
torques, & omnibus places, nil a-
cerbius cruciat, nil moleſtius in-
quietat. Secundum eſt, quia in ma-
ioribus criminibus etiam ſunt, qui
Hieron. præſunt. Vnde Hieronymus dice-
bat. Caue honores, quos ſine cul-
pa tenere non potes, ſublimitas n.
honorum magnitudo ſcelerum eſt.
Sicut enim minorem maior præce-
dit honore, ita & crimine. Nam di-
uitiæ, honores, & potentiæ abſtra-
hunt hominem à recto itinere. Ter-
tium eſt, quia maiori pœna punien-
tur, qui in loco dignitatis male ſe
Apo. 18 habuerunt. Vnde Ioannes dice-
bat. Quantum glorificauit ſe, &
in deliciis fuit, tantum date illi tor-
Sap. 6. mentum. Et ſapientia intonat. Po-
tentes potenter tormenta patien-
Hieron. tur. Ideo docet Hieronymus. In ma-
iori gradu maior ſine dubio pœna.

Ariditas multiplex.

QVidam Habent ariditatem, qui ſine deuotione, ſine affe-ctione, ſine compaſſione, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſine bona cogitatione ſunt. In quo
rum perſona loquitur Pſaltes inqui
ens. Percuſſus ſum ut fœnum, & Pſa, 101
aruit cor meum; quæ ariditas, pro-
cedit ex defectu auditionis uerbi
Dei. Vnde ſequitur. Quia oblitus
ſum comedere panem meum. Vnde
Gregorius dicit. Nullum adeo cer Greg.
tum ſignum perditionis eſt, quàm
non libenter audire uerbum Dei.
Alij habent linguas aridas quãtum
ad bonas locutiones, quia nec o-
rant, nec confitentur, nec exhor-
tantur alios ad bonum, nec deum
laudant in Eccleſia cantando cum
aliis. Vnde Tren. quarto dicitur. Tren 4.
Adheſit lingua ad palatum eius, &
hanc facit detractio. Alii habent
manum aridam, non ſiniſtram, ſed
dexteram, quia ad mala opera fa-
cienda ſunt potentes, bona autem
facere nolunt. Vnde Zacha. dice-
bat Brachium eius ariditate ſicca- Zac. 11
bitur, & oculus eius dexter tene-
breſcens obſcurabitur. Et hęc pro-
uenit ex auaritia. Alii ſunt toti
aridi, & in corde quantum ad bo-
nas cogitationes, & in manu quan
tum ad bonas operationes, & in lin
gua quãtũ ad bonas locutiones. Vn Pſa. 21.
de Dauid dicebat. Aruit tanq̃ teſta
uirtus mea. Teſta. n. tota arida eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN